

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis  
Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Clarissimo uiro, domino N.N. amico & fratri suo charissimo, S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](#)

etiam si quid patiendum sit, expectemus auxilium  
Dei. Literas has dedi Valentino gubernatori scho-  
le Zeruesianæ, uiro docto et graui, qui se offert ad  
ministerium Euangelij in uestris dicecessibus: uetus  
cum erudit, etiam si hactenus raro concionatus est  
in templis: sed est etatis et eruditioris medicocris,  
et bonarum commendationum, gratia probè mu-  
nitus. Bene & feliciter uale. Date in seruis Pascha-  
tis, 1547.

Clarissimo uiro, domino N.N. ami  
co & fratri suo charissimo,

S. D.

P. Eber  
II, 127.

ιδηγενετωσ ανθραινειν ιματις ειωθεν, τοις ουνει  
διος ναθχροπ, λικι ειπατεις αγαλα, inquit Nazian-  
zenus uerè et praeclarè. Sed spes unde pendeat, mul-  
tum refert. Nobis quidem spes à solo Deo aeterno  
patre Domini nostri Iesu Christi pendent, non à  
præsidjis humaxis. Et exaudiens gemitus nostros  
Deus, ac defendet Ecclesie suæ reliquias. Si pa-  
tet aditus ad uos, breui uia erimus. Nam senatus  
in urbe Parthenopea abhorret à nostro concilio,  
τοις διμοσιωπ ανποτεωρ. Atrociter enim huic  
minantur οι τέλι τωρεισιατειρωνοι μυστώρ  
λειψιωτειρ. Scripsimus ad Rectorem Crucigerū,  
de stipendijs. Eam rem tibi quoq; commēdo, et tua  
& ceterorum amicorum causa curandam. Bene

x C<sup>o</sup>

et feliciter uale. Die Andreæ. Hodie aderit Doctor Chilianus, pulsus ex Salinis.

D. Andreæ Osiandro S. D.

I, 98.

Ex literis Viti intelleximus, honestissimam matronam, coniugem tuam, exemptam esse rebus humanis. Hic casus multis bonis et doctis magnum dolor in urbe nostra attulit, qui tuo luctu adficiuntur. Sed ego hoc magis doleo, non solum quod familiaritas et beneuolentia inter nos maior est, quodque est quædam studiorum et sententiarum societas; sed etiam quia uidi coniugem tuam, cum memini que illius uirtus fuerit in omni officio: uidi et paruos liberos. haec mihi omnia in oculos incurrebant, Viti literas legenti. Itaque et tuo merore moueor, et illud decus matronarum penè in ipso flore extinctum esse ualde doleo. Etsi autem te ad grauitatem et moderationem natura finxit, tibiique nota sunt omnia que ad consolationem a doctis uiris colliguntur: tamen ut in bonis naturis etoyam sunt expressissime, arbitror illas in te magnopere dolorem augere. Quare non dubito, quin tecum uehementer lucteris. ipso enim dolori difficulter repugnas. Preco et igitur Dominum nostrum Iesum Christum, qui nostris ærumnis se adfici testatur, ut te adiuuet atque erigat. Nam Stoica illa præcepta, ut ne doleas, non solum inanis sunt, sed etiam auditu crudelia atque iniusta: et ab ea philosophia, quam nos probamus, reieci